UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

De Vita Et Honestate Canonicorvm, Et Aliorvm Ecclesiasticorvm Specvlvm

Langhe-Cruys, Johan

Duaci, 1587

Quomodo ambientium studia a Concilio Tridentino refrenata sint. cap.xv.

urn:nbn:de:hbz:466:1-63733

Visual Library

illud, honores ne quæramus, & oblatos recuſemus, abiiciamus à nobis, hanc extinguamus concupiſcentiam. Anima namque cupiens honorem, & glorificari, non videbit regnum cælorum. Non arbitror inter ſacerdotes multos eſſe, qui ſalui fiant; ſed multò plures, qui pereant. In cauſa eſt, quoniam res excelſum requirit animum. Multas enim habet cauſas, quæ depellit ipſum à ſuis moribus, & innumeris oculis illi opus vndique. Si quis ad ſummũ ſacerdotium acceſſerit, velut ad ſolicitudinem, & curam, nullus illud facilè ſuſceperit. Nunc autem non aliter, quàm profanos magiſtratus, & hanc affectamus dignitatem, nimirum, vt glorificemur, & honoremur apud homines, perdimur apud Deum. Cogita quid acciderit Simoni. Quid enim refert, ſi non das pecuniam, ſed pecuniæ loco adularis, ſubornas, multaque machinaris. Pecunia tua ſit tecum in perditionem, ad illum dictum eſt. Et his dicetur: Ambitio tua ſit tecum in perditionem, quoniam putaſti ambitu humano parari domum Dei [a].

Cupiens honorem, & gloriã non videbit regnum cælorũ.

a Chryſoſt. in acta Apoſtol. hom. 3.

Quomodo ambientium ſtudia à Concilio Tridentino refrenata ſint. CAP. XV.

AD refrenandam verò improborum, & imperitorum in beneficiis ambiẽdis ſtudia, rectè à ſancta Tridẽtina Synodo ſancitum eſt [b], vt præſentati ſeu electi, vel nominati à quibuſuis eccleſiaſticis perſonis, etiam Sedis Apoſtolicæ nuntiis ad quæuis eccleſiaſtica beneficia non inſtituantur, nec confirmentur, neque admittantur, etiam prætextu cuiuſuis priuilegii, ſeu cõſuetudinis, etiam ab immemorabili tempore præſcriptæ, niſi fuerint prius à locorum Ordinariis examinati, & idonei reperti. Et nullus appellationis remedio ſe tueri poſſit, quò minus examen ſubire teneatur. Præſentatis tamen, electis, ſeu nominatis ab vniuerſitatibus ſeu collegiis generalium ſtudiorum, exceptis. Deinde eadem quoque ſancta Synodus decreuit mandata de prouidendo, & gratias, quæ expectatiuæ dicuntur, nemini amplius etiam collegiis, vniuerſitatibus, ſenatibus, & aliis ſingularibus perſonis, etiam ſub nomine indulti, aut ad certam ſummam, vel alio

b ſeſſ. 7. de reform. cap. 13.

c ſeſſ. 24. de reform. cap. 19. c. 2. de conceſſ. præben. c. deteſtanda. eodem tit. in 6.

quouis colore concedi, nec hactenus conceſſis cuiquam
vti licere. Sed nec reſeruationes mentales, nec aliæ quæ-
cumque gratiæ ad vacatura, nec indulta ad alienas ec-
cleſias, vel monaſteria alicui, etiam ex ſanctæ Rom. ec-
cleſiæ Cardinalibus concedantur, & hactenus conc[eſſa]
abrogata eſſe cenſeantur.

Ad cathedralium eccleſiarum regimen quales aſſumendi.

CAP. XVI.

QVicumque ad eccleſiam cathedralem regend[am] &
gubernandam eſt aſſumendus, is ex decreto [S.]
concilij Tridētini[a], non ſolum natalibus, [ætate,]
moribus, & vita, ac aliis quæ à ſacris canonibus [requi-]
runtur[b], plenè ſit præditus, verumetiam in [...]
ne antea ſaltem ſex menſium ſpatio conſtitu[...]
rum rerum inſtructio, ſi eius notitia nulla, [...]
in curia fuerit, à ſedis Apoſtolicæ Legatis, ſe[u ...]
prouinciarum, aut eius Ordinario, eoque d[eficiente ...]
vicinioribus Ordinariis ſumatur. Scientia v[ero ...]
hæc eiuſmodi polleat, vt muneris ſibi iniūgend[i ...]
ſitati poſſit ſatisfacere. Ideóq; antea in vniuerſi[...]
diorum magiſter, ſiue Doctor aut Licentia[tus ...]
Theologia, vel iure canonico meritò ſit promo[tus ...]
publico alicuius academiæ teſtimonio, idoneus a[d ...]
docendos oſtendatur. Quod ſi regularis fuerit, [...]
perioribus ſuæ religionis ſimilem fidē habeat. [...]
autē omnes vnde inſtructio ſeu teſtificatio e[...]
da, hæc fideliter, & gratis referre teneantur; [...]
corū conſcientias grauiter oneratas eſſe ſcient, ac [...]
& Superiores ſuos habebunt vltores.

a ſeſſ. 7. de reform. cap. 1. & ſeſſ. 22. cap. 2.
b c. cum in cūctis. & ca. cum à nobis. de electio. c. graue nimis. de præbēd. c. 1. 2. & final. diſt. 59. c. 2. & aliis ſeq. diſt. 61

Præterea ſi in quibuſlibet eccleſiæ gradibus p[...]
ter, ſcienterque curandum eſt, vt in Domini [...]
hil ſit inordinatum, nihilque præpoſterū, [...]
elaborandum eſt, vt in electione eius, qui ſup[...]
gradus eſt conſtitutus, non erretur. Nam totius [...]
Domini ſtatus, & ordo nutabit, ſi quod req[...]
corpore, non inueniatur in capite. Vnde etſi al[...]
re à nobis dictum ſit, hoc tamen munus huiuſmo[di ...]
cenſuit ſancta Tridētina Synodus, vt, ſi pro rei m[...]
tudine expendatur, nunquā ſatis de eo cautum, [...]

UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN